UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ Theologiæ summa continetur

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quid sit fornicatio, & quid stuprum. Quid adulterium, & quid incestus. Quid raptus, quid stuprum. D

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

Visual Library

eius qui accuſatur, hāc propinquitatē iuramento
firmauerint; vel ſi duo vel tres & ex antiquioribus.
Ianuenſibus, quibus hæc ꝓpinquitas eſt nota, qui
bonæ famæ & veracis teſtimonij ſint, remoto a-
more, timore, precio & omni malo ſtudio prædi-
cta firmauerint: ſine mora coniugia diſſoluantur.
Cōſanguineos vero extraneorū nullus accuſet, vel
cōſanguinitatē in ſynodo cōputet: ſed propinqui
ad quorū notitiā pertinet. Si a. progenies tota de-
fecerit, ab antiquioribus & veracioribus, qbus ꝓ-
pinquitas tota nota ſit, epiſcops canonice perqui-
rat: & ſi inuenta fuerit, ſeparētur. Ecce quibus ac-
cuſantibus vel teſtificantibus dirimenda ſit con-
ſanguineorum cōiunctio, quæ coniugiū vocatur.

Fabianus papa ibid. c. Conſanguinitatis.

Diſtinctio vtilis, Quid ſit fornicatio. D

Hic dicendum eſt, quod aliud eſt fornicatio, a-
liud ſtuprum, aliud adulteriū, aliud inceſtus, aliud
raptus. Fornicatio, licet ſit genꝰ omnis illiciti coi-
tus, qui fit extra vxorem: tñ ſpecialiter intelligitur
in vſu viduarum, vel meretricum, vel concubina-
rū. Stuprum, ꝓpriè eſt virginū illicita defloratio.
Adulterium, eſt alieni thori violatio, vnde adulte-
rium dicitur, quaſi alteriꝰ thori acceſsio. Inceſtus,
eſt conſanguinearū, vel affinium abuſus. Vnde in-
ceſtuoſi dicuntur, qui conſanguineis vel affinibus
ſuis abutuntur. Raptus admittitur, cū puella vio-
lenter à domo patris educitur vt corrupta in vxo-
rē habeatur. Siue puellæ, ſiue parentibus vis illata
conſtiterit, hic morte mulctatur: Sed ſi ad eccleſiā
cū rapta confugerit, priuilegio eccleſiæ mortis im-
punitatē meretur. Addendū eſt etiam illud Alex-
andri, qui ait, Quod frater ſororve vxoris tuæ co-
gnati dicuntur, æquiuocationis iure fit, & neceſsi-
tate vulgaris appellationis potius, quam vlla cog-
nationis cauſa. Vxor n. fratris, fratriſſa potius quā
cognata vocatur. Mariti frater, leuir dicitur. Duo-
rū fratrū vxores, ianitrices vocantur, quaſi eandē

36. q. 1. cap. Lex præteritorum.

Alexan. 2. 35. qu. 5. c. Quod autē frater.

ianuā intrantes. Viri ſoror, glos appellatur. Sororis a. vir nō habet ſpeciale nomē, nec vxoris frater.

DE SPIRITVALI COGNATIONE. DISTINCT. XLII.

A

DE Parentalium graduū famoſa quæſtione, aliquid licet minus ſufficienter, diximus. Iam de ſpirituali cognatione addamus, quæ etiā perſonas impedit, vt nō ſint legitimæ ad ineundas nuptias. Tria quidē ſunt, conſanguinitas, affinitas, & ſpiritualis germanitas. Conſanguinitas eſt inter eos, qui iunguntur ſecundum lineam generis: Affinitas inter eos, qui genere quidē non ſunt cōiuncti, ſed mediante genere ſunt ſociati, verbi gratia. Vxor filii fratris mei qui non eſt de genere meo, per ipſum, qui eſt de genere meo, mihi affinis facta eſt, & ego illi. Spiritualis proximitas, eſt inter compatrem & commatrē: & inter eos, quorum vnus alterum de ſacro fonte leuauit, vel in catechizatione aut confirmatione tenuit. Eſt etiam inter filios eiuſdem hominis carnales & ſpirituales.

Hugo ſen. 4. cap. 13.

Qui ſint filij ſpirituales.

B

30. q. 1. cap. Ad limina.

Spirituales filii ſūt, quos de ſacro fonte leuam⁹, vel in catechizatione ſeu cōfirmatione tenemus. Filii etiā & filiæ ſpirituales eorum ſunt, qui trinæ merſionis vocabulo eos ſacro baptiſmate tingūt. Dicitur etiā ſpiritualis filiā ſacerdotis, quæ ei peccata ſua cōfitetur. Vnde Symmachus papa, Omnes quos in pœnitētia ſuſcipimus, ita noſtri ſpirituales ſunt filii: vt & ipſi quos vel nobis ſuſcipiētibus, vel ſub trinę merſionis vocabulo mergētibus, vnda baptiſmi regenerauit. Sylueſter etiā admonet, vt ad ſuā filiā pœnitentialē nullus ſacerdos accedat: quia ſcriptum eſt, Omnes, quos in pœnitētia accipimus, ita noſtri filii ſunt, vt in baptiſmo ſuſcepti: quorū omniū flagitioſa eſt cōmixtio. Quod a. compater & cōmater ſibi iungi nequeāt, nec pater ſpiritualis: nec mater filiæ, vel filio ſpiritali, ex

con-